68



ne forte bibant et obliviscantur iu
diciorum et mutent causam filiorum pau
peris. Date siceram merentibus et vinum
his qui amaro animo sunt. bibant
et obliviscantur egestatis sue et do
loris sui non recordentur amplius.
Aperi os tuum muto et causis omnium
filiorum qui transeunt. aperi os tuum
decerne quod iustum est et iudica inopem
et pauperem. Aleph.
Mulierem fortem quis inveniet?
procul et de ultimis finibus pre
tium eius. Beth. Confidit in ea cor
viri sui et spoliis non indigebit. Gymel.
Reddet ei bonum et non malum om
nibus diebus vite sue. Deleth. Que
sivit lanam et linum et operata est con
silio manuum suarum. Vau. Facta est quasi
navis institoris de longe portans pa
nem suum. Zay. De nocte surrexit de
ditque predam domesticis suis et cibaria
ancillis suis. Zay. Consideravit agrum
et emit eum: de fructu manuum su
arum plantavit vineam. Beth. Accin
xit fortitudine lumbos suos et robo
ravit brachium suum. Teth. Gustavit
et vidit quod bona est negociatio eius.
Non extinguetur in nocte lucerna e
ius. Ioth. Manum suam misit ad forti
a: et digiti eius apprehenderunt fusum.
Caph. Manum suam aperuit inopi et
palmas suas extendit ad pauperem.
Lamech. Non timebit domui sue a fri
goribus nivis: omnes enim domestici
eius vestiti sunt duplicibus. Mem. Stra
gulatam vestem fecit sibi: byssus et
purpura indumentum eius. Num.
Nobilis in portis vir eius: qui sede
rit cum senatoribus terre. Samec. Syn
donem fecit et vendidit et cingulum tra
didit chananeo. Ayn. Fortitudo et de
cor indumentum eius: et ridebit in
die novissimo. Phe. Os suum aperuit
sapientie et lex clementie in lingua
sua. Sade. Consideravit semitas domus
sue: et panem otiosa non comedit.
Coph. Surrexerunt filii eius et beatissi
mam predicaverunt: vir eius et laudavit
eam. Res. Multe filie congregaverunt
divitias: tu supergressa es universas.
Syn. Fallax gratia et vana pulcritu
do. Mulier timens dominum ipsa lau
dabitur. Thau. Date ei de fructu ma
nuum suarum: et laudent eam in por
tis opera sua. Prologus in libro ecclesiastes.

Memini me hoc fere quin
quennio cum adhuc rome
essem ecclesiasten sancte blesil
le legisse ut eam ad con
temptum huius mundi
provocarem et omne quod in mundo cer
neret putaret esse pro nichilo. Rogatus
ab ea ut in morem commentarioli ob
scura queque dissererem ut absque me pos
set intelligere que legebat. Itaque quoniam
in procinctu nostri operis subita morte
subtracta est non meruimus o paula
et eustochium talem vite nostre habere
consortem tantoque vulnere perculsus ob
mutui nunc in bethleem positus
augustiore videlicet civitate et illius
memorie et vobis reddo quod debeo.
Hoc breviter admoneus quod nullius
auctoritatem secutus sum. sed de he
breo transferens magis me lxx interpre
tum consuetudini coaptavi. in his
dumtaxat que non multum ab hebra
is discrepabant. Interdum aquile et
et symachi et theodocionis recordatus
sum ut nec novitate nimia lectoris
studium deterrerem. nec rursus contra
conscientiam meam fonte veritatis
omisso opinionum rivulos consec
tarer. Incipit liber ecclesiastes.



Verba eccle
siastes filii da
vid regis ie
rusalem. Va
nitas vani
tatum dixit
ecclesiastes. Va
nitas vani
tatum et omnia
vanitas.
Quid habet amplius de homo labore i
de universo labore suo quo laborat sub
sole. Generatio preterit et generatio
advenit. terra vero in eternum stat. O
ritur sol et occidit et ad locum suum
revertitur: ibique renascens gyrat per
meridiem et flectitur ad aquilonem.
Lustrans universa in circuitu per

MS 3669